

Electronic Manipulus florum Project

www.manipulusflorum.com

Predicacio bf cum editione moderna

Predicator non in uerborum splendore,
sed in operum uirtute totam predicandi
fiduciam ponat, non uocibus delectetur
populi clamantis sed fletibus, nec
plausum a populo studeat expectare sed
gemitum.

Lacrimas quas uult a suis auditoribus
fundi ipse primitus fundat, et sic eos
compunctione sui cordis accendat.

Prosper ibidem [libro I. de uita
contemplativa].

Non igitur in verborum splendore,
sed in operum virtute totam praedicandi
fiduciam ponat; non vocibus delectetur
populi acclamantis sibi, sed fletibus; nec
plausum a populo studeat exspectare, sed
gemitum. Hoc specialiter doctor
ecclesiasticus elaboret, quo fiant qui
audiunt eum sanis disputationibus
meliores, non vana assentatione fautores.
Lacrymas quas vult a suis auditoribus
fundi ipse primitus fundat, et sic eos
compunctione sui cordis accendat.

Iulianus Pomerius, *De uita
contemplativa*, 1, 23 (PL 59, col.439A).